Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



78

ludens in orbe terr. et deliciæ meæ esse cum filiis ho
minum. Nunc ergo filii audite me. Beati qui
custodiunt vias meas. Audite disciplinam
et estote sapientes et nolite abicere eam. Beatus
homo qui audit me et qui vigilat ad fores
meas cotidie et obseruat ad postes hostii
mei. Qui me inuenerit inueniet vitam et
hauriet salutem a domino. Gradual. Audi filia et vide et
inclina aurem tuam quia concupiuit rex speciem tuam.
Spe tua et pulchritudine tua intende prospere procede et regna.
Alleluia. Felix es sacra virgo maria et omni laude di
gnissima quia ex te ortus est sol iustitiæ xpus deus nr.
Sancte maria regia progenitrix regis. Sequentia
Generans iesum. Laude digna angelorum sanc
torum. Et nos precores tibi deuotos inuenire beni
gna. Tu pios primo mores ostentas in te sed exercitus col
denti. Patris tui salomonis in te lucet sapientia. Et eze
chie aput deum correptum sed nunquam in te corruptendum.
Patris voluntate adimplent te religiositas. Sum
mum etiam prærogatiue te fides totam possedit præsentem. Sed
quid nos istos recensemus heroas. Cum tuus na
tus omnes precellat illos atque omnes p orbem. Do
hac die tibi consecratos serua virgo in luce mundi qua pro
disti paturam celorum. Introitus secundum sancti euangelii secundum
Liber generationis iesu xpi. Matheum
filii dauid filii abrahami. Abraham
autem genuit ysaac. Ysaac autem genuit iacob.
Iacob autem genuit iudam et fratres eius. Iudas au